Thomae de Aquino

Lectura super epistolam primam ad Corinthios

Prooemium

Non abscondam a vobis sacramenta Dei, etc. [sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non præteribo veritatem], Sap. VI, 24.

1. – Sacramenti nomen dupliciter accipi consuevit.

[1] Nam quandoque sacramentum dicitur quodcumque secretum, et praecipue de rebus sacris;

[2] quandoque sacramentum dicitur sacrae rei signum, ita quod et eius imaginem gerat, et causa existat, secundum quod nos dicimus septem sacramenta Ecclesiae, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema unctio, Ordo et Matrimonium. In qua quidem significatione sacramenti etiam prima significatio continetur; nam in his Ecclesiae sacramentis, divina virtus secretius operatur salutem, ut Augustinus dicit.[1]

2. – Haec igitur sacramenta Dei praelatus, seu doctor Ecclesiae, fidelibus Christi non debet abscondere sed manifestare, propter tria.

[a] Primo quidem, quia hoc pertinet ad honorem Dei, secundum illud *Tob*. XII, 7: "Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est."

[b] Secundo, quia hoc pertinet ad salutem hominum, qui perhorum ignorantiam in desperationem labi possent, sicut de quibusdam dicitur *Sap*. II,22 quod "nescierunt sacramenta Dei", nec speraverunt mercedem iustitiae, quia per sacramenta homines purificantur, ut sint praeparati ad recipiendum mercedem iustitiae.

---

[1] Vgl. Isidor von Sevilla, *Etymologiae* VI 19 (PL 82,255); Gratian, *Decretum* p. II causa 1, q. 1, can. 84 Multi saecularium (RF I,1331).

Thomas von Aquin

Lesung über den ersten Brief an die Korinther

Vorrede

Ich werde die Sakramente [Geheimnisse] Gottes nicht vor euch verbergen, [sondern ich werde sie vom Anfang der Schöpfung an erforschen und Licht in ihre Erkenntnis bringen, und die Wahrheit werde ich nicht übergehen]. (Weish 6,24)

1. – Der Name „Sakrament" wird gewöhnlich auf zweifache Weise verstanden:

[1] Denn bisweilen heißt „Sakrament" irgendetwas Geheimnisvolles, und zwar insbesondere in Bezug auf heilige Dinge;

[2] bisweilen heißt „Sakrament" das Zeichen einer heiligen Sache, so daß es sowohl dessen Bild trägt, als auch dessen Ursache ist. In diesem Sinne sprechen wir von den sieben Sakramenten der Kirche: Taufe, Firmung, Eucharistie, Buße, Letzte Ölung, Weihe und Ehe. In dieser zweiten Bedeutung des Sakraments ist auch die erste enthalten, denn in diesen Sakramenten der Kirche wirkt die göttliche Kraft auf geheimnisvolle Weise das Heil, wie Augustinus sagt.

2. – Diese Sakramente Gottes darf der Vorsteher oder Lehrer der Kirche demnach den Christgläubigen nicht verbergen, sondern er muß sie bekannt machen – [und zwar] aus drei Gründen.

[a] Erstens, weil dies zur Ehre Gottes beiträgt, nach *Tob* 12,7: „Das Geheimnis [Sakrament] des Königs zu verbergen, ist gut, die Werke Gottes aber zu offenbaren und zu bekennen, ist ehrenvoll."

[b] Zweitens, weil dies zum Heil der Menschen beiträgt, diedurch ihre Unkenntnis in Verzweiflung fallen könnten, wie es von einigen in *Weish* 2,22 heißt, daß sie „die Geheimnisse [Sakramente] Gottes nicht kennen", noch auf den Lohn der Gerechtigkeit hoffen. Denn durch die Sakramente werden die Menschen gereinigt, um vorbereitet zu sein, den Lohn der Gerechtigkeit zu empfangen.

[c] Tertio quia hoc pertinet ad debitum officium praelati vel doctoris, secundum illud *Eph*. III, 8: "Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia haec, illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo."

Sic ergo praedicta verba demonstrant nobis materiam huius epistolae, in qua Apostolus agit de sacramentis Ecclesiae. Cum enim in epistola ad Romanos gratiam Dei commendasset, quae in sacramentis Ecclesiae operatur:

[1] hic, scilicet in prima epistola ad Corinthios, de ipsis Ecclesiae sacramentis agit;

[2] in secunda vero de ministris sacramentorum.

Videamus ergo primo textum.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[c] Drittens, weil dies zur schuldigen Pflicht der Vorsteher und Lehrer gehört, nach *Eph* 3,8: „Mir aber, dem Geringsten unter den Heiligen, ist diese Gnade gegeben worden: alle [Menschen] darin zu erleuchten, was der Plan des Geheimnisses [Sakraments] ist, das von Ewigkeit her in Gott verborgen ist."

So zeigen uns folglich die genannten Worte den Gegenstand dieses Briefes, in dem der Apostel von den Sakramenten der Kirche handelt. Nachdem er nämlich im Brief an die Römer die Gnade Gottes hervorgehoben hatte, die in den Sakramenten der Kirche wirkt, handelt er

[1] hier, nämlich im ersten Brief an die Korinther, von den Sakramenten der Kirche selbst,

[2] im zweiten dagegen von den Dienern der Sakramente.

Wenden wir uns also dem Text zu.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)